uani sunt a[...] homine[...] non sube[...]
scientia di[...] quae ui[...] bona.
non potuerunt eum intellegere qui est. Neq;
operibus adtendentes agnouerunt quis esset
artifex. Sed aut ignem aut spm aut citatu
aerem. Aut gyrum stellarum aut nimiam
aquam. Aut solem et lunam rectores orbis
terrarum deos putauerunt. Sciant quanto
dominator eorum speciosior est. Speciei
enim generator haec omnia constituit. Aut
si uirtutem et opera eorum mirati sunt. In
tellegant ab ipsis quoniam qui haec constituit
fortior est illis. A magnitudine enim speciei
et creaturae cognoscibiliter poterit horu
creator uideri. Sed tamen adhuc in his mi
nor est querela. Et hi enim fortasse
errant dm quaerentes et uolentes inuenire.
Etenim cum in operibus illius conuersentur
inquirunt. Et persuasum habent quoniam bona
sunt quae uidentur. Iterum autem nec his debet
ignosci. Si enim tantum potuerunt scire ut
possint aestimare saeculum. Quomodo huius
dnm non facilius inuenerunt. Infelices autem
sunt et inter mortuos spes eoru est. Qui appel

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

Sap. 13, 1 – 10 III
10 – 19

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Fragm. 6, Fragm_6_3r – Biblia Sacra Vulgata, Liber Sapientiae
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-pg8q/357/10947)